



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

10. Martij. 6. Idus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**



10. Martij. 6. Idus.

**B. JOANNES** Passley, Abbas mo-<sup>Passus</sup>  
 nasterij wallensis in Anglia: qui anno  
 Neronianis illius Insulæ furoribus agi-<sup>1536.</sup>  
 tatus; tam in diuturna carcerum car-  
 nificina, quàm inter subdola blandi-  
 entium lenocinia, ac deniq; inter ma-  
 nus tortorum, te in quatuor partes di-  
 scerpentium, constantissimus Fidei as-  
 sertor, candidum militiæ Cisterciensis  
 vexillum, sanguinis tui gloriosâ pur-  
 purâ pinxisti. *Pudore me suffundit tua victo-*  
*in tam gravibus tormentis infracta con-*  
*stantia. Non cruces & ferrum superan-*  
*tra ma-*  
*da mihi objicit tyrannus infernalis; sed lignum*  
*carnis blandimenta: rem nimirum, sicut*  
*mollem, sic vinci facilem. Ah quoties ta-*  
*men turpiter victus è prælio discessi! Id*  
*ne deinceps fiat, tu juva pignantem.*

**B. CHRISTIANA**, monasterij Circa  
 Nazarethani in Belgio sanctimonialis, <sup>annum</sup>  
 cœlesti quadam eloquentiâ à DEO do-<sup>1235.</sup>  
 nata: qua scilicet præter innumeros a-  
 lios, utrumque parentem, cum tota fa-  
 milia, è sæculo ad Christi imitationem  
 traxisti. Unâ cum quibus & piorum in  
 terris cœtum, & in cœlis beatarum  
 mentium numerum auxisti. *Utere &*

176 ANNI CISTERCIENS.

*nunc illâ potentissimâ suadâ: loquere ad cor meum; & vel hoc unum mihi ideni-*

**Necessi-** *dem, per omnes rhetoricæ sacræ figuras in-*  
**tas præ-** *culca: Imminere singulis momentis mor-*  
**parati-** *tem: eâmq̃ futuram vitæ conformem,*  
**onis ad** *inexplicabili terrore horrificam, si de præ-*  
**mortē.** *paratione incurius, metûs expericm, si piè*  
*vitam duxero &c.*

**Obijt** B G E L A S I: qui in Hibernia tua,  
**anno** in qua longo tempore sanctum Abba-  
**1570.** tem egisti, occasui proximum fidei so-  
 lem radijs miraculorum, ac virtutum  
 diu sustentâsti. At ubi tetra hæresis ca-  
 ligo orthodoxam lucem penitûs op-  
 pressit; tu quoque oculos clausisti, ne  
 fædas errorum tenebras cogereris aspi-  
 cere. *Ora, ut in vitæ meæ occasu lux lu-*  
*cis, & fons luminis, benignissimus Jesus,*  
*illuminet oculos meos; ne tunc obdormiam*  
*in morte, sed in vitam, quæ nescit occasum.*

S. BERNARDUS, ser. 27. in Cant.

**Anima** *Ego puto, omnem animam non mo-*  
**est cœ-** *dò cœlestem esse, propter originem;*  
**lum** *sed & ipsum cœlum posse non imme-*  
*ritò appellari: habens solem,*  
*intellectum: lunam, fi-*  
*dem: astra, vir-*  
*tutes.*